

ipsam Lebninam fortitudinis ἀκμήν consequatur, aliis anima-  
 libus terrori esse incipit, nec a quoquam in punè laesitur. Sic  
 & tribus Juda, ex parvis oriunda primordiis, ad regium mox  
 pervenit fastigium. Commodè enim, nec nimis ut putat Rivetus  
 subtiliter, monente *Clariss. Virop. m. Dn. Gesnero in b. l. regni Judæ*  
*historia in tres dispescitur ætates, voce נרנא ejus sub Jolua & ju-*  
*dicibus infantiam, voce נרנא sub Davide virilem ætatem, voce*  
*נרנא sub Salomone, confirmatum regnum denotare voluit Spiritus*  
 Sanctus, illius enim tempore, quisq; securè sedebat sub vite sua,  
 ut contra tempore parentis sui, nemo ab armis cessabat, David  
 enim, ut Leo Juvenis, quotidie ferè rapinam ab hostibus suis age-  
 bat. Hic multa de Leone Hieroglyphicè dici solent, & ad Magi-  
 stratum applicari, multa etiam de Christo, quod sit fortis ille &  
 bellicosus Leo de tribu Juda, *Apoc. 5.* qui superavit Leonem rugi-  
 entem *1. Pet. 5.* quodq; nec minus, ut generosus Leonis Catulus,  
 profecerit sapientia &c. *Luc. 2.* & eundem regni ampliandi mo-  
 dum, etiamnum fervet, testibus historiis; sed hæc & alia, ut qui-  
 dem verè & piè dicuntur, sic tamen ad litteram, quã hic venamus  
 parum faciunt; Verborum enim horum sensus est, tribum Ju-  
 dam non secus ac Leo reliqua animalia, reliquas tribus regia di-  
 gnitate potentia superaturam, *vid. Mich. 5. 8. Prov. 28. 1.* absq; omni  
 vero fundamento *Epiphan. hæres. 78.* per Leanam B. Virginem in-  
 telligit, quæ uti Leana per totam ætatem unum catulum, sic hæc  
 unicum filium tulerit, quod & Cornelio à lapide fabulosum.

מטרף à prada, Radix ejus est, מטרף quod significat *1. discer-*  
*pere, Gen. 37. 33. c. 44. 28. Exod. 22. 12.* hinc מטרף discerptum in  
 Hiphil semel occurrit, in significatione alendi, *Prov. 30. 8.*  
 הטרפני לחם חקי Ale me pane statuti *B. Luth: Esß mich*  
*mein bescheiden Theil Speisse dahin nehmen / Ariasmont. tamen,*  
 priorem significationem, Da mihi prædam, panem convenien-  
 tem; *retin et. 2. folium* significat in binis tantum locis, supra citatis,  
 forte ideo, quod folium à vento facile dejiciatur & discerpatur,  
 miratur Pererius, cur 70 germen vetterint, sed punctorum varia-  
 tio, uti facilis מטרף n. ut rapinam, sic מטרף frondem & germen no-  
 tat, *Ez. 17. 9.* Sic & facilis in hoc fuit hallucinatio, Chaldaus מטרף  
 מטרף à judicio occisoris, qui sua hac paraphrasi, reliquis in-  
 ter-